

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] orando debeamus temporalia petere? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Ad secundum dicendum, quod cum orando perimus aliqua, quæ pertinent ad nostram salutem, conformamus voluntatem nostram voluntati Dei: de qua dicitur 1. ad Timoth. 2. quod vult omnes homines salvos fieri.

Ad tertium dicendum, quod sic ad bona Deus nos inuitat, quod ad ea non passibus corporis, sed pijs desiderijs, & deuotis orationibus accedamus.

ARTIC. VI.

Vtrum homo debeat temporalia petere à Deo,
orando?

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod homo 443
non debeat temporalia petere à Deo, orando. 4 d 15. q.
Quæ enim orando petimus, querimus. Sed tempora- 94. ar 3.
lia non debemus quererere. Dicitur enim Matth. 6. 9. 2.
Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc
omnia adiicientur vobis, scilicet temporalia: quæ nō
querenda dicit, sed adiencia quæfitis. Ergo tem-
poralia non sunt in oratione à Deo petenda.

¶ 2 Præterea, Nullus petit nisi ea de quibus est
solicitus. Sed de temporalibus solitudinem habere
non debemus: secundum quod dicitur Matth. 6. No-
lite solicieti esse animæ vestræ quid manducetis. Ergo
temporalia petere non debemus orando.

¶ 3 Præterea, Per orationem nostram mens de-
bet eleuari in Deum. Sed petendo temporalia de-
scendit ad ea quæ infra se sunt: contra id quod Apo-
stolus dicebat 2. ad Cor. 4. Non contemplantibus
nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim
videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur,
æterna. Ergo non debet homo temporalia in ora-
tione à Deo petere.

¶ 4 Præterea, Homo non debet petere à Deo,
nisi bona & utilia. Sed quandoque temporalia habita
sunt nocia, non solù spiritualiter, sed etiam tempo-
raliter. Ergo non sunt in oratione à Deo perenda.

SED contra est, quod dicitur Proverb. 30. Tribue
tantum viætui meo necessaria.

296 QVÆST. LXXXIII. ART. VI.

RESPONDEO dicendum, quod sicut August. dicit
epi. 121. ad Probam, de orando Deum, Hoc licet orare, quod
c. 12. 10. 2 licet desiderare. Temporalia autem licet desiderare; non quidem principaliter, ut in eis finem constitua-
 mus, sed sicut quædam adminicula, quibus adiuva-
 mur ad tendendum in beatitudinem, in quantum sci-
 licet per ea vita corporalis sustentatur, & in quantum
c. 8 ad fin. nobis organicae deseruiunt ad actus virtutum. Ut etiam
to. 5.
epi. 121. Philosophus dicit in 1. Ethic. Et ideo pro tempora-
c. 6 circa libus licet orare. Et hoc est quod Aug. dicit ad Pro-
cir. med. bam, quod sufficientia vita non indecenter vult qui-
to. 2. quis eam vult, & non amplius: quia quidem non ap-
 petitur propter seipsum, sed propter salutem corpo-
 ris, & congruentem habitum personæ hominis, ut non
 sit inconueniens eis cum quibus viuendum est. Ita-
 ergo cum habentur, ut teneantur; cum non haben-
 tur, ut habeantur, orandum est.

Ad primum ergo dicendum, quod temporalia non
l. 2. c. 24. sunt querenda principaliter, sed secundario, Vnde
paulo à Aug. dicit * in lib. de serm. Domini in monte, Cum
prin. 10. 4 dixit illud, Primum querendum est; scilicet regnum
 Dei: significauis quia hoc, scilicet temporale bonum;
 posterius querendum est, non tempore, sed dignita-
 te: illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam
 necessarium nostrum.

Ad secundum dicendum, quod non quilibet soli-
 citudo rerum temporalium est prohibita, sed super-
q. 55. a. 6. fluia & inordinata: ut supra * habitum est.

Ad tertium dicendum, quod quando mens nostra
 intendit temporalibus rebus, ut in eis quiescat, rema-
 net in eis depressa. Sed quando intendit eis in ordi-
 ne ad beatitudinem consequendam, non ab eis de-
 primitur, sed magis eleuator sursum.

Ad quartum dicendum, quod ex quo non perimus
 temporalia tamquam principaliter quæsita, sed in
 ordine ad aliud: eo tenore a Deo perimus ipsa, ut
 nobis concedantur secundum quod expediunt ad sa-
 lutem.

AR.